

diff. r. etiam fuit in primitiva Ecclesia inter Episcopos & Presbyteros, fol. 260. ex num. 3. quod pacto intelligenda sunt eorum Jurium decisiones, omiffa sententia Turcematre, & aliorum quos sequitur Hentiquez in Summa de Sacramento oram. lib. 10. cap. 7. num. 2. qui asserunt ut principio Ecclesie per penuriam Ministrorum, eandem personam, quae initiabatur Sacerdotio, simul fieri Episcopum & S. Augustinum Epist. 19. ad Hieronymum, interpretatur: cum certum sit duodecim Apostolos Episcopos fuisse, septuaginta vero & duos Discipulos, Sacerdotes, juxta ea, quae tradit Baron. Anno 58. num. 12. & 13. & probatur ex illo Evangelio Lucae 10. Post haec autem designavit Dominus alios septuaginta. Sicut Apostolus est forma Episcoporum, sic in Septuaginta duobus, forma est Presbyterorum secundi Ordinis: ut probat D. Thomas opus. 18. cap. 23. de quo paulo postea: quia hoc non tollit difficultatem circa eos, qui initiati Presbyteri, simul Episcopi non fiebant, quare S. Ambr. supra, cap. 4. Epist. ad Ephes. ait: quod primi Presbyteri; Episcopi appellabantur, ut primo recedente, sequens ei succederet: de quo Soto loco citato, paulo ante suum. Constat etiam ex 1. Petri 5. ibi: Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, confessor & testis Christi passionum &c. Cui adde Panor. in q. 1. num. 9. circa medium. Cardin. Tuschum Lit. E. con. 3. num. 10. Si ergo bona ad communem Ecclesiae usum pertinebant, & huc per Presbyteros gubernabantur; ergo ad hoc usque tempus Cathedralis non erant, cum haec per Episcopum sint solita gubernari; quousque temporis profectu, schismata surgente, Episcopo reservata est administratio bonorum temporalium, Presbyteris vero tantquam Consiliariis admittis, ut S. Ignatius illorum temporum vicinus, Epist. 5. dicit: quid vero Sacerdotium est quam sacer catus, & Consiliarij & Assessores Episcopi? quo pacto intelligendus est S. Hieronymus in Epist. ad Titum, reatus in dicto cap. olim, ut Presbyteri, quorum in Ordine ad Sacerdotium, par erat eorum cum Episcopis ordinatio, id est gubernatio, qui etiam pariter in consilio super rerum administratione superponebantur, adeoque in nonnullis erant aequalis Episcopis, in omnibus postea subici ceperunt ut optime declarat Baron. Anno 58. numer. 11. quo pacto dissoluitur impudentia Atii impiffimi heretici, qui cum ad Episcopatum ascendere non valuisset, eo amentia pervenit, ut nullam differentiam inter Presbyteros, & Episcopos esse ausus fuerit affirmare; ut notavit Epiph. haeresi 75. Baron. supra, n. 4. & de Caluino heresiarcha idem sentiente, Bellar. de Rom. Pontifice, lib. 3. cap. 8. & tom. 2. contra. lib. 1. cap. 14. in principio, & de eodem, atque de impio Vicleph, qui cum non potuisset adipisci Episcopatum Vigonensem, quem anxie expebat, idem effutit; Videndus Barb. in collec. ad tex. in c. Olim, num. 3. Soto in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. vers. contra haec tamen haesim: circa finem, quod sancti Apostolorum temporibus accidisse, dum haec fuit consuetudo ab ipsis in Ecclesia introducta, satis perspicue probat idem Baron. num. 12. hocque apertissime constat ex doctrina Rodulphi Cupersi in d. cap. differentia etiam in prima Ecclesia fuit inter Episcopos & Presbyteros, fol. 260. ubi n. 15. postquam docuit Divum Petrum ceteros Apostolos ordinasse Episcopos, ait: Ideo filius Zebedae ante alios Episcopos consecrasset, ut Jacobus Hierosolymis cum Apostolis remaneret, ne absente Petro & Joanne catus Apostolicus sine Episcopo remaneret, ut Sacramentum Confirmationis conferret: ait, quod etiam cum Divo Petro conserationis Jacobi Episcopi Hierosolymitani interfuerunt D. Joannes & Jacobus: Nec vim facit quod potestas Episcopalis quoad exercitium in aliqua speciali Ecclesia Cathedrali non competere possit tunc Joanni, & Jacobo, ex quo eo tempore ante Apostolorum dispersionem nulli Ecclesiae fuissent consecrati: quia Divus Petrus, ut etiam hodie Papa, poterat etiam aliquem in Episcopum consecrare, retenta in mente Ecclesia, ad quam consecratum instruere decrevit. Ex quibus perperam Alfonso de Castro adversus haereses lib. 6. verb. Episcopos, haeresi 1. intellexit Sanctum Hieronymum Patronum habuisse pro sua sententia, eos qui in-

tellexerunt non fuisse differentiam inter Presbyteros, & Episcopos, cum tamen contrarium fensit S. Doctor, quem omnino ab impugnatoribus liberat Messana fatum citandus in expositione difficultatum locorum Divi Hieronymi, verbo, Episcopus, pericope 2. praecipue ex vers. Parcatu itaque Alfonso a Castro, ubi innumeros citat, & ab omnibus eum eruditè liberat.

Sed quia aliqui difficile interpretantur Divum Hieronymum, dum olim idem fuisse Presbyterum & Episcopum affirmat, eundem sanctum Doctorem, quem in exponendis sacris Scripturis Ecclesiae fuit Doctorem Maximum providere dignatus est D. O. M. Ecclesiae sanctae testimonio, defendere & explicare iterum necessarium duxi; Licet supra dicta satis sufficiant; cum certissimum sit ex eiusdem Divi Hieronymi testimonio maximam esse differentiam inter Episcopos & Presbyteros, ut constat ex Epist. 85. ad Enagrium, registrata à Grat. in d. c. Legimus 24. in ordine 93. dist. ibi: quod autem postea unus electus est, qui ceteris proponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se irabens Christi Ecclesiam rumpere. Nam & Alexandria à Marco Evangelista usque ad Heraclium & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quomodo si exerecitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem induratum noverint, & Archidiaconum vocent. Et postea. Presbyter, & Episcopos, aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen, unde in eadem Epistola Divus Hieronymus in fine, superioritatem Episcoporum agnoscens, ait: Unde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione Episcopi & Diaconi dicitur: de Presbyteris omnino reticetur, quia in Episcopo & Presbyter continetur. Qua ratione hanc differentiam contra Erafmum, Divum Doctorem defendentes laudant Marianus Victorius Episcopus Reatinus, cujus verba refert Hieronymus Franciscus à Messana, in tract. quem Difficilia Divi Hieronymi in versè Catholici hominis speculum alphabeti serie appellavit, verbo, Episcopus, vers. merito igitur, quos omnino vide, & invenies Divi Hieronymi sententiam concordatam cum mente sacri Concilii Trident. sess. 23. c. 4. c. 7. vide latius alias plures differentias inter Episcopos & Presbyterum, pluribus Divi Hieronymi testimoniis, apud eundem Messanam per totum illud cap. quas ne transcriptoris officium assumamus, libenter omitimus.

Ex quibus liquidissime constat errasse omnes, qui existant tempore Divi Hieronymi & Augustini non fuisse diversum Presbyterum ab Episcopo: cujus contrarium expressè patet ex Divo Augustino in Epist. ad Hieronymum dicente: quamvis secundum honorum vocabula, quae tam Ecclesiae usus obtinuit, Episcopus Presbytero maior sit; tamen in multis rebus minor. Unde in primitiva Ecclesia tres Ordines Ecclesiasticae Hierarchiae commemorat S. Dionysius in tract. de Ecclesiastica Hierarchia, c. 3. & 5. scilicet Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, qui correspondent tribus Ordinibus: Diaconorum quibus subicitur ordo immundorum, qui purgatione indigent; Presbyterorum, quibus subicitur Ordo illuminandorum, scilicet sacer populus, qui à Presbyteris illuminantur per Sacramentorum susceptionem; Ordini vero Episcoporum subicitur Ordo Perfectorum, qui per eorum traditiones edocentur ad perfectissimam perfectionem futurum actus; & hac ratione Ordo Diaconorum dicitur Purgativus, Sacerdotalis Illuminativus, Episcoporum Perfectivus; ita explicat Divus Thom. opus. 18. cap. 23. contra impugnantes Religionem: circa quae vide etiam Lotter. de re benef. lib. 3. q. 35. ex num. 35.

Unde certissimum est, diversos semper fuisse Episcopos à Presbyteris, cum illi Majores, isti vero Minores nuncupentur: ut cap. 1. num. 23. notavimus, idque tempore Apostolorum, cum ex dictis supra, num. 64. inferatur ex Luca cap. 10. Dominum post haec designasse Septuaginta duos: ubi Glob. ait: sicut in Apostolis est forma Episcoporum, sic in septuaginta duobus est forma Presbyterorum, quae omnia sub umbra fuerunt in veteri Lege, in qua distincti etiam

etiam erant Pontifices à minoribus Sacerdotibus, qui à Deo fuerant instituti, quando ex praepcepto Domini Aaron in summum Pontificem assumptus fuit, filii vero ejus, minores fuerunt Sacerdotes: ut constat ex cap. 8. Levitici: Numer. 3. 10. Levitici 18. 5. & omnia notavit Divus Thomas loco superius citato, & latius prosequitur Messana dict. pericope 2. vers. ex his patet, ut supra notavimus. Moyses ergo unxit Aaron in Majorem Sacerdotem; filios vero illius, in minores. Unde propheta Pfalm. 98. inquit: Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius, de quibus videndus Durandus in Rationali lib. 2. cap. 10. numer. 1. cui addendus est Burfatus omnino videndus dict. consilio 126. numer. 22. & 23.

Iam ergo patet differentiam fuisse in re, convenientiam vero in nomine; ut notatur in c. Cleros, 21. dist. cui adde Sanctum Thom. ubi proxime, & cum non repugnet unum ac idem dici quamplurimis modis eodem nomine, sive equivocum, sive univocum, sive denominativum, illud sit, ut proportio, ut genere, ut specie, ut numero, ut subiecto, & ut accidente, ut notavit Messana dict. verb. Episcopus pericope 2. mirum non est, si unum haec duo significant, & Presbyterum, Episcopum antiquitus significasse, constat ex aliquibus locis Pauli ad Titum 1. ver. 5. huius regitania, reliqui te Creta, ut ea quae desunt corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, quemadmodum ego disposui tibi. Unde Presbyter etatis est nomen, Episcopus Dignitatis, cap. 1. 21. distinct. Sanctus Thom. & Messana, supra, qui plura alia cumulat, & ita sanctum Hieronymum interpretatur ex sententia Divi Thomae: Glossa, Hugo, Praepos. Dominic. Archidia. Turrecrem. & Rosa.

Decret. in dist. cap. Cleros; unum ergo sunt Episcopi & Sacerdotes quoad potestatem consecrandi, ne unus & idem Christus majus quod Episcopus conficit, minus vero quod Presbyter consecrat, quod haereticum sonat, & ea ratione potestas Sacerdotis non dependat aliqua superiori humana potestate, licet actus secundarius preparandi populum ad susceptionem hujus Sacramenti dependat, quoad id in quo subsunt Sacerdotes seu Presbyteri Episcopo.

Unus item erat in unitate regiminis Ecclesiarum, antequam Diaboli instinctu in Religione studia esse cepissent dicentium, ego sum Cepha, & c. cuius rei meminit Apostolus dict. Epist. 1. ad Corinthios 1. 12. nam communi Presbyterorum consilio Ecclesiae gubernabantur, ut refertur in d. c. Olim, 95. dist. ut supra latius notatum reliquimus.

Unus item erat in pluribus aliis functionibus, quas simul etiam faciebant Presbyteri & Episcopi, de quibus in c. Ecce ego, 95. distinct.

Et hac ratione Sanctus Augustinus tom. 2. Epistol. 97. scribit: quamquam secundum honorum vocabula, quae tam Ecclesiae usus obtinuit, Episcopus Presbytero maior sit; tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Quare rectè concludendum est cum Thoma Vualdense in suo doctrinali fides antique, tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 60. quem secutus est Messana vers. Ex his duobus placitis, dum aiunt: Verum esse, Episcopos esse Presbyteros, & hoc sentire P. Hieronymus nec somniavit quidem. Circa quae vide Sanctum Thomam, 2. 2. q. 184. art. 6. ad 1. ubi Cajetanus tres interpretationes adducit.

Quare verba sancti Hieronymi intelligenda non sunt, quod ipse fensit quod in primitiva Ecclesia esset idem Ordo vel status Episcoporum & Presbyterorum: falsum enim est, cum ipse S. Doctor nunquam tale cogitaverit; sed quod vocabulorum istorum erat promiscuus usus. Ex quibus sanctus Isidorus in Can. Cleros, 21. distinct. ait: quod Presbyteri minores, licet sint Sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent, quia neque Christum frontem signant, neque Paracletum Spiritum dant, quod solis deberi Episcopis, lectio Actuum Apostolorum demonstrat. Unde concludit; & nomen est Dignitatis, hoc aetatis. Ubi ostendit differentiam esse in re, sed convenientiam in nomine propter di-

gnitatem quam importat nomen Presbyteratus; ita his verbis explicat D. Thom. dict. c. 23. ubi notat ad eundem Schismatis errorem, qui ex indifferentia Nominis oriebatur, decretum esse, ut etiam nomine distinguerentur; ut scilicet soli majores Presbyteri, Episcopi dicerentur. Si autem aliam circa S. Hieronymi explicationem & defensionem scire desideres, consule Bellarmin. tomo 2. controvers. lib. 1. cap. 15. consule etiam Bauni in Theolog. moral. tomo 1. tract. 8. de Episcopis, quest. 2. per totam.

Hacque addita esse volui his, quae pro interpretatione S. Doctoris Hieronymi notavi in dict. tract. unica, & perennis Cathedralitatis Casarav. in Metropoli sancti Salvatore, c. 1. ex num. 12. cum pluribus sequentibus, quae omnino videnda sunt. Cum tamen certissima sit differentia Episcoporum, & Presbyterorum, & eorum institutio: de qua videndus Durandus, in Ration. divi. offic. lib. 2. cap. 10. in princ. & c. 11. num. 13. ubi Sex ponit officia communia, videlicet Cathedrae, Baptizare, Praedicare, Conficere Corpus Dominicum, Solvere ac Ligare: Novem vero specialia ad Episcopos spectantia; videlicet, Clericos ordinare, Virgines benedicere, Pontifices consecrare, manus imponere, Basilicas dedicare, degradandos deponere, Synodos celebrare, Christum conficere, vestes ac vasa sacrate, in fronte chrismate, benedictionem solemnem ante pacem dare, & alia similia, de quibus 25. dist. & in c. Perfectis, 68. dist.

Ex supra dictis constat, quod illis primis temporibus initio nascentis Ecclesiae, Episcopi in omnibus Ecclesiis erant, non tamquam in Cathedralibus, cum Cathedralis tunc temporis non essent; postquam enim Cathedralis fuerunt erectae, à superioritate modum, & normam accipiebant inferiores: ut expressè Terrullianus de praescriptionibus, probat, dicens: Quotidie Ecclesiae ut Ecclesiae sunt à matrice Ecclesiae mutuari fidem: de quo videndus latè Thomas Bozzius de signis Ecclesiae, signo 80. cap. 4. in princ. Sed quia Episcopi de Jure Rectores sunt omnium Ecclesiarum suarum quatuor Diocesum, c. Nullus, de Paroch. c. 1. de Raptor. c. Propter hoc, dist. 4. c. Licet, 17. quest. 1. Trident. sess. 23. c. 11. latè cum pluribus Vanlenzuela conf. 122. num. 10. Quare aliqui distinguunt ut voluit Glossa in cap. Legimus, vers. Postea, 93. distinct. de prima Primitiva Ecclesia, vel de secunda; ita ut in prima, commune esset officium Episcoporum & Sacerdotum, & nomen esset commune, juxta text. in dict. cap. Olim, in secunda vero, id est post Schisma, ceperunt distinguere nomina & officia, quo pacto interpretandus est text. in c. Allis, 80. distinct. quo cavetur, quod in majoribus Civitatibus Episcopi ponantur; & hac ratione intelligendum est id quod dicitur in d. c. Olim, ibi: sicut ergo Presbyteri sciunt, se ex Ecclesiae consuetudine, ei qui sibi praepositus fuerit esse subiectos, ita Episcopi noverint se magis consuetudine quam dispositione Dominicae veritatis Presbyteris esse majores. Quod de administratione rerum Ecclesiae, quae ante Schisma communis erat, intelligit Messana Verbo, Episcopos, differentia 12. Exemplum poneas infra, in vers. Altera vero, videtur in bonis quae divino jure communia erant inter homines integro manente statu innocentiae; post peccatum autem ab illa unitate recessum est, etiam divina ordinatio propter hominum malitiam, ex qua contigit ut melius fuerit, unumquemque sua possidere, sicut melius fuit remedium schismatis Episcopum superimponere, ad quem cura rerum perineret, & schismatum semina tollerentur.

Alii vero melius voluerint, hanc differentiam ordinatam fuisse re & nomine, id est tantum respectu eorum quae fuit peculiaritatis Ordinis Episcopalis, & administrationis bonorum, à tempore Petri: nam ut inquit text. in d. c. Legimus, ibi: quod autem postea unus electus est qui ceteris proponeretur in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se irabens Christi Ecclesiam rumpere. Nam & Alexandria à Marco Evangelista usque ad Heraclium & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum,

Territorium cepit habere: c. *Eccl. Pastoralis*, de his que sunt à Prælati: ut diximus in nostro *Tract. c. 16. n. 164. vers. Antiquitas enim*, donec Euaritus, Quintus post D. Petrum Summus Pontifex, in Urbe Roma Ecclesias Presbyteris divisit; notatur Baro. *d. Anno 57. n. 10. Loter. de re benef. lib. 1. c. 8. n. 16.* & eo permotus exemplo, pluribus transfactis annis, S. Dionysius Papa, qui vigesimus octavus Pontifex post Patriarcham Divum Petrum connumeratur, vel Anno 250. secundum Navarrum in *c. Placuit, de pœnit. dist. 6. n. 3.* vel anno 266. ut voluit Fuscus de *Vist. lib. 2. c. 2. nu. 1.* vel anno 270. ex Loterio de *re benef. lib. 1. q. 8. n. 17.* vel tandem anno 281. floruit, ex sententia Illescas in *eius vita*, ut notavimus *d. c. 1. n. 29.* Ecclesiarum divisionem ordinavit, ut in *d. tex. c. 1. 13. q. 1.* à quo tempore Ecclesie singula singulis Sacerdotibus designate fuerunt, & uniuersisq; proprium cepit habere Territorium: c. *Eccl. Pastoralis*, de his que sunt à Prælati: ubi Barbof. in *Collect. n. 1.* pluribus probat; & notavimus in *d. c. 1. n. 32.* & ea ratione usq; ad hoc tempus Sacerdotes non erant proprii, sed quilibet liberè Confessarium eligebat: c. *Placuit, de pœnit. dist. 6.* Ubi latè Navarrus; atque idè distinctio hæc Parochiarum & Jurisdictionum facta fuit, ut confusio tolleretur, & ne quis ab uno alligatus ab alio solueretur: Innoc. & Abbas in *c. cum causa, in fine de probat. latè Rodolphus Cupers in repet. tex. in can. Oportebat, 89. dist. 5. Presbyteri autem sunt Sacerdotes: art. 1. n. 6.* cujus titulus est; *declaratè Presbyteri institutum esse divinum, fol. 390.*

Et licet decretum divisionis Ecclesiarum à S. Dionysio Papa fuerit inventum pro Ecclesiis extra Urbem, ut Rota declaravit in *una Conchen. Decimarum del Infantado. 7. Febr. 1618. coram Martino Andæa*, cujus meminit Loter. *d. lib. 1. q. 9. n. 19.* Barbof. in *Collect. ad tex. d. c. Ecclesias, n. 1.* & nos *d. c. 1. n. 30.* tamen non statim fuit executioni mandatum, sed ferius extra Urbem divisio hæc: juxta Rotam, & per eam Loter. *d. q. 8. num. 19.*

Nec tamen statim ac S. Dionysius Parochias & Ecclesias divisit, inventa fuit honorum Ecclesiasticorum divisio, sed postea successu temporis, ut notanter docuit Molina de *Iustitia & Incom. 1. tract. 2. disp. 142. vers. final.* & ex eo notavimus *d. c. 16. n. 164. vers. Quia superioritate, in fine.*

Ex quibus hodie Episcopus, sicut antea, dici non potest Parochus sine Redor totius Diocesis, sed solius Cathedralis, & Prælati super omnes totius Diocesis, ex doctrina Gonz. ad *Regul. S. Cap. glof. 6. n. 83. Barb. de Potest. Paroch. d. c. 1. n. 22.* & diximus *d. c. 1. n. 34.* quod verificari non poterat ante tempus divisionis, quandoquidem omnium curam habebant.

Quare cum ratio constitutiva Ecclesie Cathedralis, non solum consistat in eo quod Episcopus sedeat, cum in omnibus Episcopatus federe possit, sed in eo quod ipsa Ecclesia jure desponsationis quam contrahit cum Episcopo sedeat, & ex ea prærogativas & superioritatem in omnibus inferioribus exercet, & à qua omnes totius Diocesis normam accipere debent, c. *Iner corporalia, de Translat. Episc. c. Sicut, 7. q. 1.* per ea que latè docet Fuscus de *Vist. lib. 1. c. 15. n. 4.* Valenz. *conf. 12. n. 29. tom. 2. Barb. de Canonis & Dignitatibus, c. 2. n. 4.* propter quam desponsationem Episcopus Annulum desert, c. *Clerici de vita & honest. Cleric.* ex qua superioritas & prærogative ad ipsum descendunt, Barb. *d. c. 2. n. 4.* totūque hoc propter excellentiam Capituli seu Sponsi Episcopi descendit, ex *tex. in c. Quamvis 4. ibi, propter ipsius honorem*, ubi DD. de *preben. in 6.* notat Ferro Manrique de *præceden. q. 24. num. 1.* exemplo Dominorum Cardinalium, qui omnes Episcopus & Prælatos præcedunt propter excellentiam Capituli Collegii, quod est Summus Pontifex Successor Divi Petri, & Christi Domini Vicarius, ut idem probat Ferro *q. 13. n. 1.* de quo vide plura apud Loter. de *re benef. lib. 1. q. 8. ex n. 34. cum pluribus seqq.* & novissimè Coello in *Notitia Cardinalitatus, c. 16. privul. 9.* Hocque totum originem trahit ab Augusta, que qua particeps est Dignitatis Viri sui, Imperialibus fulgere radiis, & privilegium ipsius frui, deciditur in *l. Si Augusti, ff. de legat. 2. l. Fannina, ff. de Senat. Tiraquellus in l. 1. Connub. n. 48. Ferro Manrique d. c. 24. num. 1.* latissimè Rodolphus Cupers in *repet. tex. in can. Oportebat, 79. dist. fol. 240.* de quibus aliqua notavimus in *d. tract. de*

unic. & perem. Cathed. Cesarugustæ, in *Eccl. S. Salvatoris, c. 1. ex n. 1. cum seqq.* & plura videnda sunt apud Barbof. de *Canonis: per totum, præcipue c. 42. & de Univ. hr. Eccl. lib. 1. c. 32.* & per Doctores passim, de quibus hic disputare non oportet, cum ex dicendis in discursu totius Operis de privilegiis & superioritate apparebit. Pro cuius intelligentia unū tantum proponam exemplum, in Quarta funerali, que de Jure debetur Rectori, c. *Cum quis, de sepult. in 6. Rota apud Merlin. in Medioli. Quarta funeral. 14. Martij 1622. dec. 19. n. 2.* & plures apud Barb. de *potest. Paroch. c. 2. n. 19. & 20.* Quo non obstante debetur Ecclesie Cathedrali, vel præscriptione, vel ex eo quod eam sibi reservavit quando Parochie fuerunt erectæ, in signum superioritatis: Rota *dec. 376. n. 2. & 3. p. 1. recent.* & per eam Barbof. *d. c. 25. n. 22.*

Ergo ex dictis manifestè convincitur, Cathedrales Ecclesias non fuisse initio nascentes Ecclesias, quousque divisæ fuerunt Parochie: que propositio expressissimè probatur. Et primò statim post ascensum Domini in Cælum, licet Apostoli Episcopus post illorum dispersionem relinquere, & Ecclesias adificarent modo in principio à nobis explicato, tamen Cathedrales non potuerunt, cum unus esset Episcopus D. Petri per totum Orbem diffusus; quomodo ergo uno Episcopatu tantum existent, Cathedrales esse poterant, cum quibus Episcopi desponsarentur: quando D. Petrus solum Romanam habebat Sponsam, ceteræ verò totius Orbis tamquam in inferioribus, ipsi subjecabantur eo modo respectivè, quo ceteræ hodie Episcopi Cathedralis subjuvantur.

Secundò, si usque ad tempus Schismatis, idest usque ad Annum 55. Episcopi & Presbyteri in communi regnabant, nec ulla erat differentia in administratione honorum Ecclesiarum, quousque Episcopi fuerunt superpositi, & Tribunalia ipsorum inventa, quo pacto Cathedrales esse potuerunt?

Tertiò, si eo tempore usque ad Dionysium Papam Ecclesiarum non erat distinctio, sed Episcopus omnia eodem pacto gubernabat, nec Ecclesia erat que aliquod jus particulare exerceret, sed omnia ab arbitrio Episcoporum æque pendebant, quo pacto dabatur Ecclesia Cathedralis?

Quarto, si ad essentiam Cathedralis, superioritas erga omnes inferiores requiritur, que ex desponsatione Episcopi, & sessione Cathedrali ibi fixe provenit; nec erat Ecclesia ubi sederet ante divisionem, nec ulla particularis cum qua desponsaretur Episcopus, quomodo affirmari potest fuisse Cathedralis?

Quintò, si toto eo tempore statim ac Ecclesie adificabantur, diabolica Persecutorum Ecclesie rabies eas demoliri curabat, ubi potuit esse pes fixus, ubi Columba Ecclesie requiesceret; donec Constantinus Magnus Anno 324. à S. Sylvestro miraculosè à lepra liberatus, liberam erigendi Ecclesias licentiam concessit, ut probavimus in *supra nostro repetito Tract. c. 8. n. 9.* à quo tempore Ecclesia Catholica publicis functionibus & sacrificiis celebrare cepit, ut Breviatu canit Romanu *sub die 9. Novemb.* & maxima eruditione docet Suar. *contra Regem Angliar. lib. 1. c. 16. n. 11. & seq. Solor. de Indiar. hr. to. 1. l. 2. c. 19. n. 53.* & Dedicaciones ipsarū solemnium item pompa celebratæ fuerunt, quod antea in usu non fuit, teste Suar. *to. 1. de Relig. lib. 3. c. 9. n. 12. Barb. de univ. hr. Eccl. l. 2. c. 3. n. 37.* & notavimus *c. 1. n. 58.* Cum tamen antea Oratoria exigua fuisse, in quibus ipsi assidue Sacris operabantur, communiter notant DD. quos novissimè sequitur Joannes à Cokiet in *Thest. Pals Apbor. c. 68. vers. fin.* que omnia satis indicant ab eo tempore positam summam, ornatum, & ordinem, quibus hodie colitur Dominus in Ecclesia Militante, in meliore formam esse redacta, ac unam in ceteras erectam esse superiorem Ecclesiam, que Magistra ceterarum esset, eo modo quo inter eos qui in communi regnabant, in remediū schismatis unus de Presbyteris inter omnes superpositus fuit, ad quem cura administratioque pertinet, & schismatum femina tolleretur, ut *supra* notavimus: & circa hoc videnda sunt que notata reliquimus *d. c. 1. ex n. 48.*

Ex quibus plura inferuntur que ad decisionem gravissimorum questionum summopere conducunt. Et Primò, innumera penè esse Doctorem testimonia, que Episcopatum erectionem cū Cathedrali plantatione confundunt: de quo latè videnda sunt que notata reliquimus *d. c. 1. ex n. 48.*

Secundò, quod quando in Auctoribus de illis temporibus loquentibus testimonia aliqua reperiuntur de Ecclesiis fundatis, de omnibus univèrsaliter, non verò de Cathedralibus, que nondum erant in mundo, intelligi necessariò debent; ut ita interpretatur Baron. *Anno 44. n. 11.* & Vivar. in *Comm. ad Lucium Dextr. anno 37. n. 1.* quibus adde que pro ejus interpretatione expendimus *d. c. 1. ex n. 50. cum seqq.* & quod necessariò de omnibus, non verò de Cathedrali intelligatur, expressè probavimus *n. 55. cum seqq.*

Tertiò, nec aliquo pacto Ecclesie eo tempore fundatas ex vi antiquitatis Cathedralitatem habuisse prætendi potest, cum Romæ Prima à D. Petro plantata sit in domo Pudensis Senatoris, que hodie titulo *Pastoris* insignitur, & Cardinalio titulo decoratur: imò plures salte antiquiores S. Joanne in Laterano, numquam Pontificis fuerunt: de quo videnda sunt que notata reliquimus in *d. Tract. præcipue in Epist. ad Lectorum, c. 1. num. 5.*

Quartò, licet Cesarugusta S. Jacobus primam in honorem B. Virginis, ipsius jussu, Ecclesiam adificavit, ipsa sanctissima Deipara illi apparente, quam nulla alia antiquitate præcellit, non solum in honorem B. Virginis, verum etiam aliorum Sanctorum: ex Franc. Arias, & Petro Ribadeneira, referet Beyerlinch in *Theatro vite humane, tom. 5. verbo, S. Maria, vers. Tempus Deiparæ dicatæ: S. D. Jacobus Apostolus, qui asserunt hanc esse Primam in toto Orbe Terrarum adificatam Ecclesiam, quod in maximum nostræ Civitatis honorem adducimus, particulares gratias Salvatori nostro & Domino Jesu Christo referentes, cui nostra Metropolis dedicata fuit. Ex quo alique prærogative oriuntur, de quibus in lege Nature quatuor, octo verò in lege Moysis enumerat Beyerlinch in *Theat. vite humane, verba, Primogenitus, & Primogenituræ, vers. Ita & prærogativa Primogenituræ, nò tamen Dignitas publica: vigeratque antea Joannes Lecercier in *Tract. de Primogenitura, lib. 2. q. 2.* & plura remissivè referet Molina de *Hisp. Primog. lib. 1. c. 2. n. 3.* Sed tamen nullas habet dignitates Primogenituræ, que à solo Principe, seu ab eo potestatem habente possunt creati ac obtineri: l. 1. ff. ad leg. Juliam de ambitu, Auth. de exhiben. & intro. reis, ff. optimus collat. 5. atque idè Prærogativas domesticas & familiares, non verò publicas, nec ad publicas dignitates trahendas esse, ita distinguens docet latè Molina *d. tract. de Hisp. Primog. lib. 1. c. 13. ex n. 4. cum seqq.* ubi plures citat Additio. Atque earatione, cum Cathedralium Ecclesiarum erectio semper fuerit Romano Pontifici reservata: ut *infra cap. 3. quis possit Cathedralis Ecclesie erigere?* demonstrabimus; non est cur ex vi Primogenituræ Ecclesia ista venerabilis Cathedralis credatur; præcipue cum non sequatur paternam dignitatem, qui ante susceptam dignitatem natus est filius: ex *tex. in l. Senator, C. de dignit. lib. 12. & alius: de quo plura vide apud Thraquel. de *hæc Primogenituræ, q. 30. n. 2. cum seqq.* Unde mirum non est, si relicta primogenita Ecclesia S. Mariæ, antequam Cathedrales essent in mundo edita; in Templo nostro S. Salvatoris collocata fuerit Cathedra Cesarugustana, ex his que statim dicemus.***

Quintò, Non rectè deduci hanc argumentationem: Apostoli aliquo modo Fidem disseminarunt, in eo Ecclesiam erexerunt, Episcopatum creaverunt; ergo ea Ecclesia fuit Cathedralis; cum dentur Episcopus & Ecclesia, si propter desponsationem cum Episcopo oritur Cathedralitas: ut sacra Rota argumentatur in Ecclesia ipsa B. Mariæ del Pilar Cesarugustana in *dec. 553. n. 29. p. 5. rec.* Cum licet hodie hoc argumentum procedat, illo tempore nequaquam valere potest, ex pluribus. Primò, quia si eo tempore vera fuisse hæc argumentatio, verum item fuisse quod Matrimonium nostrorum Parentum Adæ & Evæ, fuisse Sacramentum, cum detur in eo vir & uxor, à Deo conjuncti: Gen. c. 2. & argumentum valeat de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale. Inter corporalia, de *transl. Episc. cum vulgariis, ut alibi notavimus. Sequeretur item, quod Deus hujus desponsationis nostrorum Parentum Parochus fuisse, sine ejus presentia matrimonium valere non potest, ex *Trid. ses. 24. de reform. c. 1. Item & 3. quando nostri Primi Parentes in matrimonio fuerunt conjuncti, testes non erant; at testes requiruntur ad matrimonium, ex ipsa *Trid. dispositione, ergo validum non fuit.***

Sed tamen sicut hæc omnia ridicula sunt de eo tempore, quo nec Matrimonium erat elevatum à Christo Domino ad Sacramentum, ut in sequentibus matrimoniis, eo tempore quo à *Trid. Synodo* modus præscriptus fuit circa assistentiam Parochi, qui adesse non potuerunt in matrimoniis contractis ante divisionem Parochiarum, quando proprius Pastor non erat, & denique in testibus ad probationem necessarios ante requisitum necessarium, ita similiter hæc argumentatio Cathedralitatis procedere non valet in Ecclesiis erectis antequam Cathedrales essent in mundo, cum matrimonium dici verum non possit, quod non est: c. *fin. de pœnit. dist. 2.* Nec accusari matrimonium, quod non fuit: *Pactian. conf. 1. nu. 60.* quibus addenda sunt que notavimus in *d. tract. cap. 12. ex n. 5. cum seqq.* Rectè ergo Cesarugustæ ad fundamenta fidei D. Jacobus Ecclesiam primam totius mundi B. Virginis Mariæ fundavit, erexit, adificavit Cesarugustæ. Item S. Athanasium Episcopum reliquit, cui alii sanctissimi successerunt Prælati, inter quos illo tempore S. Felix, S. Joannes, & S. Valerius connumerantur. Omittimus S. Braulium, qui multo postea idest Anno 626. floruit, sed tamen Cathedram Episcopalem in Ecclesia nostra S. Salvatoris dicatam à primæ viae fundationem plantatam, omnia venerabilissima & Proto-eccl. Divæ Mariæ ab Apostolorum Protomartyre fundata, plantarunt Pægules Cesarugustani quidquid fuerunt, de quo constat Cathedralibus in mundo erectis, exemplo Romane univèrsalis. Nam cum hæc Cesarugustæ & totius Episcopatus Mater & Magistra esset futura, Salvatoris, qui Pater & Magister omnium Creaturarum & Salvator dedicatio debebatur; eo modo quo univèrsalis Salvatori fuit dicata, & concessa univèrsalibus Cathedralitatis Pontifici, ex elegantissimis D. Petri Damiani verbis, qui in *Epist. ad S. R. E. Cardinales* inter alia hæc scribit: *Lateranensis Ecclesie sicut Salvatoris est insignita voc abulo qui nimirum Caput est omnium Ecclesiarum, ita Mater, & quidam apex & vertex omnium per orbem Ecclesiarum: hæc septem habet Cardinales* 163. Episcopos, quibus solè post Apostolicum sacrosanctum illud Altare liceat accedere, ac divina mysteria celebrare, que verba respectivè propriissime suo modo applicatur Ecclesie nostre Metropolitanæ S. Salvatoris, que sicut *Salvatoris* est insignita vocabulo, ita Mater, & quidam apex, & vertex omnium per orbem Ecclesiarum Cesarugustanæ Diocesis & Provincie est. Et quidè quoad secundum D. Petri Damiani partem item applicatur, quandoquidem non solum septem, sicut Lateranensis, sed duodecim habet Dignitates, viginti quatuor item Canonicos, quibus solis post Archiepiscopalem sacrosanctum illud Altare accedere, ac divina mysteria celebrare, ex privilegio Julii III. sub *Dat. Romæ apud Sanctum Petrum die 23. Janu. 1557.* 164. Pontif. sui Anno 1. ut ipse *Brevis* satis apparet, in quo flagitante D. Ferdinando ab Aragonia Archiepiscopo & Capitulo eam gratiā concessit talibus verbis, *Et d. Ecclesia Cesarugustana, que inter alias Cathedrales, & Metropolitanas illarū Partium, notabilis, & insignis existit. In quo nobis cõceditur licentia quod in Altari majori tantummodo liceat Dignitatis & Canonicis divina Mysteria celebrare, omnibusq; aliis sine nostra licentia interdicitur. Quare secunda ejusdem D. Petri Damiani succedit peroratio ad Catedralium Schismatici de eadè Ecclesia ita scribens. *Hec igitur ad honorem communita Salvatoris, Culmen & summus totius Christiane Religionis effectus (ut ita dixerim) Ecclesia est Cesarugustana & Sancta Satorum. (Habet enim intrinsecus Beatorum Apostolorum Petri & Pauli diversis quidem locis constitutas Ecclesias, sed sui compage Sacramenti (quia videlicet in sui medietate postea quasi Caput membris supereminet) indifferenter unitas: hæc itaque aquam expansis Divinæ misericordie brachiis, summa illa & venerabilis Ecclesia omnem ambitum totius Orbis amplectitur; omnes que salvari appetit in materno pietatis gremio fovet, & tuetur. Hæc IESVS summus videlicet Pontifex, ac subnixus totum in orbe terrarum Ecclesia sua Sacramenti unitate cõfederat, ut unus Pastor merito, & una dicatur Ecclesia, que verba etiā nostre applicatur, cum ad honore Salvatoris condita, Culmen & summus totius Christianæ Religionis hujus Diocesis & Provincie effectus, Ecclesia est Cesarugustana, in qua totius Diocesis, & Provincie Cesarugustane, intra totius ambitum**

Francis de *Trid. Cathedra.*

Episcopum nominabant : Quare cum Marcus contemporaneus fuerit Petri, ut constat ex text. in c. Cum Beatissimus, 24. qu. 1. Heracla autem, & Dionysius contemporanei S. Hieronymi, ut dicti. Gloss. notavit, & hujus differentie ratio conieciatur potest, ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 6. ad 1. quem sequitur Soto in 4. distict. 24. quest. 2. art. 2. ad hac, lococitato, ubi docent quod de Episcopo & Presbytero uno modo loqui possumus quantum ad nomen, quoniam olim omnes promiscue vocabantur & Episcopi, & Presbyteri. Vide Sotum.

95 Ex quibus interpretande veniunt plures Doctorum sententia aliter, statim initio nascentis Ecclesie plures fuisse civitates cum Episcopis & Ecclesiis, ut de nostra Hispania testatur Carrillo in Annalib. 2. Anno Christi 69. ubi manifeste differentiam constituit inter Episcopos Civitatum, & Cathedralium ipsorum, de quibus late videnda quae notavimus d. c. 1. ex nu. 47. cum pluribus seq. quae omnino videntur, nec ea hic ponimus, ne quod notatur in Barbosa, qui a seipso innumera transcribit, nobis applicetur : & de hoc more loquendi, sicut de Carrillo notavimus, videnda plura apud Baro. Anno Christi 143. m. 1. ubi pro Ecclesia, coetum Christianorum, non Cathedralis intelligit.

96 Sed his quae diximus addere liber expressam in terminis loci Fratris Ferdinandi de Camargo, & Salgado in Chronologia sacra, & Epitome Historiali Hispano sermone composita : is enim Anno Christi 37. vers. fin. p. 20. colum. 2. ita scribit : Las Iglesias de Zaragoza, Braga, Cartagena, Sevilla, Valencia, Tarragona, Toledo, Barcelona, Lugo, Alberg, Logrono fundatas por Santiago desde los avos de 37. asta los de 41. Ecce quomodo inter Hispaniae nobiliores Cathedralis Logrono Ecclesiam nominat quae nunquam Episcopum habuit, sed uxor hodie Collegialis est Calagurritana, ab Anno tantum 1435. translata ex S. Martino de Alvela tempore Eugenii IV. ut notavit Aegidius Gonzalez de Auila in Theatro Ecclesiastico Ecclesiarum Hispania to. 2. in Ecclesia Calagurritana, & Calceat. pag. 328. Ergo Auctores hoc tempore de Cathedralibus invenies, sed tantum de communi traditione omnium Ecclesiarum Civitatis & Dioecesis ad sanctis Apostolis tradita in Civitatibus, ubi Episcopos relinquere solent, quod sane aperte probat, nullam eo tempore fuisse, cum qua desponsaretur Episcopus, quod est constitutum Cathedralitatis ; & eam superiorem facit.

97 Restat tunc inquirere tempus Schismatis, ut tempus quo Cathedralis Ecclesiae initium sumperit investigemus. Certum enim est, ut ex Hist. Ant. Apost. constat, contentiones fuisse inter Christianos intendentes bonitatem Baptismatis ex meliore Baptizante fundam esse, ut D. Hieron. supra relat. advertit : quibus obviam intendens S. Hieron. scribens ad Corinth. illos reprehendit, ostendens Baptizata ideo esse aequalia, quia omnes in nomine Christi baptizati sunt ; idque clare ostendit dicens : Significatum est mihi de vobis, fratres mei, ab his, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit : Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ego autem Christi. Divisus est Christus? Nunquid Paulus Crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? gratias ago Deo quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispium & Caicum, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Eos reprehendit scribens praedictam Epistolam, quam adhuc existens Ephesi scripsit, ut ex historia Ant. Apost. probat Baro. Anno 57. num. 2. nam cum Anno Christi quinquagesimo primo, Corinthus esset, ut scribit Baro. ibi num. 54. & Anno 53. secundam Epistolam ad Thessalonicenses scripsisset, ut idem Baro. eo Anno num. 1. notavit. Posteaque Ephesum adivit, Anno 55. ubi ut ipse testatur, & Alichem 19. legitur ibi : Propter quod vigilate, memora retinentes, quoniam per triennium nocte ac die non cessavi cum lacrymis monens unamquemque vestrum : & postea proficiens Ierosolymam primum, & postea Romanam petivit, ut S. Lucas Alichem 19. his verbis profequitur : His autem expletis proposuit Paulus in spiritu transire ad Macedonia & Acaia ire Ierosolymam dicens : Postquam ibi fuero, oportet me Romam videre, tres autem anni intelliguntur, duo integri, & tertius incensus per tres men-

ses : frequentissimumque est in sacra Scriptura, ut pars pro toto numeretur, figura Synecdoche, nam Sap. 7. dicitur decem mensium tempore conglutus sum in sanguine, & 2. Mac. 7. filii misere mei, qui in utero novem menses portavi. Insuper S. Mathaeus cap. 17. 1. loquens de Transfiguratione ait : Christum assumpsit Petrus & Jacobum, & Joannem post dies sex. S. autem Lucas dicit cap. 9. 28. post dies octo, quae loca optime & non alio modo conciliantur nisi pars mensis & diei, pro integro mense & die a sacro Auctore usurpatur. Et hac doctrina credimus verum esse, Christum tertia die surrexisse : de quo videnda sunt quae dicemus cap. 19. de fonte Baptismatis. Itaque cum ipse Paulus 1. ad Cor. 16. dicat : Permanebo Ephesi usque ad Pentecostem : certum est tertium annum non nisi usque ad id temporis durasse, & sic de duobus annis & tribus mensibus accipiendus est, ita ut annus incensus pro completo numeretur. Cum ergo Paulus Romam ire decrevisset, ex qua omnes Iudaei Edicto Claudii Imperatoris pulsati fuerant, ut notavit Baro. Anno 55. num. 2. nec usque ad ejus mortem data est facultas illic permanendi, revocato Edicto, Claudius necatus fuit Anno 56. Idus Octobris circa horam septimam, ut pluribus notatur Baro. Anno 56. numer. 42. Catillo in Annal. Anno Christi 56. ubi ait a Iux coniuge Agrippinae necatum fuisse, ut Domitius Nero eius ex Alerio Marito filius regnaret : & sequenti die a morte Claudii Nero regnare cepit, ut idem Baro. ibi testatur. Cum ergo sanctus Apostolus usque ad Pentecostem Ephesi remanere decreverit, & Romam adire testetur post Pentecostem, necessarium haec Anno quinquagesimo septimo accedisse constat, tam ex ingressu & commoratione Ephesi, quam ex exitu, omnibus rebus superius ponderatis, & temporum calculatione facta, prout optime ratiocinatur Baro. dist. Anno 55. num. 2. quem vide latissime. Idem testatur Gavantius in vita sancti Pauli, Anno 57. licet Christianus Adriconi Delphus in Theatro Terra sanctae, asserat Epistolam hanc scriptam fuisse Anno Christi 54. apostolus existente Ephesi. Verum ego magis adhaereo Gavanti opinioni, quam optime defendit Scalante in Clypeo Concionatorum verbi Dei lib. 5. cap. 2. 1. ubi quibus temporibus scripta fuerint Epistola Divi Pauli quatuordecim, optime differit ; notans conversum fuisse eo ipso anno, quo Christus Dominus mortuus fuit : & per quatuordecim sequentes, nullam scripsisset Epistolam, donec converso ad fidem Dionysio Aereopagita anno 52. primam ad Thessalonicenses Anno 17. Athenis existens scripsit, ubi per spatium 18. mensium commoratus, non Athenis, ut voluit Theodof. sed Comini, ut docuit Chrysostr. secundam ad Thessalonicenses anno 53. scripsit. Inde Caesarem, & Antiochiam, Pisidem, Galatiam & Phrygiam peragravit, & veniens Ephesum benignè exceptus a fratribus Apollo confundere Iudaeos invenit, ubi Paulus comperiens inter Christianos esse ortum schisma, primam ad Corinthios scripsit Epistolam per Timotheum cum Stephano Fortunato & Achaio circa Annum Domini 57. quoniam a tempore scriptiois Epistolae ad Thessalonicenses, fluxit integri unus cum dimidio, Corinthi, & Ephesi, duo anni integri & tres menses ; insuper in itinere & navigatione aliquid intervenit tempus ; quae omnia quinquagesimum implent, ita ut hanc Epistolam anno 57. scriptam esse constet. Si ergo Ephesi Epistolam primam ad Corinthios scripsit, & ibi ab Anno 55. usque ad Pentecostem 57. remansit quo in Macedonia perrexit, ut Ant. 20. legitur, ibi : Postquam autem cessavit tumultus, vocatus Paulus discipulis, & exhortatus eos, vale dixit, & profectus est in viam in Macedonia. Cui adde Baro. Anno 57. num. 183. necessarium ergo dicendum est, eo medio tempore scriptam fuisse ; & hoc eodem tempore schisma intervenisse, de quo ibi fit mentio ; in cuius remedium decretum fuit, ut unus de Presbyteris, ceteris superponeretur, ad quem omnium cura pertineret, & schismata semina tollerentur, ac per consequens hoc tempore superioritas Episcoporum incepit in Ecclesiis, in quibus quoad administrationem, & superioritatem Episcopi praefabatur, cum antea omnes pari modo gubernarentur ; quae omnia uno verbo tegerat,

tigerat, materiam hanc non explicans, sed eam tamquam certam habens, Lofeus de iure v. in. 1. p. c. 2. n. 16. ubi postquam docuit Episcopos in civitatibus esse collocandos, ait : Et quod hoc sit verum demonstratur, nam antequam esset constituta dignitas Episcopalis, iam erant civitates constitutae ; quia Episcopatus fuit creatus post adventum Christi tempore Apostolorum in Concilio publico, 95. dist. c. Olim : & tamen civitates erant ante adventum Christi, ex eotempore Superioritas & Tribunalia in Episcopos coeperunt, quoad exercitium, de quibus meminit Paulus 1. Corin. 6. ibi : audeat aliquis vestrum habere negotium adversus alterum, indicari &c. de quo & ejus origine ex institutione Apostolorum hoc eodem tempore, optime Baro. Anno 57. num. 24. 25. & 27. cuius rei rationem aperitissimè tradit S. Ambrosius in Epist. 1. ad Cor. cap. 6. dum ait, ideo fratrem Iudicem eligendum esse, quia adhuc Reitor in Ecclesia illorum non erat ordinatus ; quae omnia quoad usum & exercitium intelligenda sunt, cum potestas Episcoporum, & iudicialia potestas in Ecclesiis, Episcopis collata, a Deo proveniat ; ut probat Baro. supra num. 28. de quo plura notata sunt post haec scripta in d. tr. de unica Cathedr. Caesar. aug. cap. 1. per totum praecipue ex num. 28. ubi notavimus cum Hieronymo de Monte in tract. de finibus regundis, cap. 11. num. 8. quod licet iurisdictione sit indivisibilis, ejus tamen exercitium est divisibile.

110 Haec autem distinctio Ecclesiarum, & Dioecesium facta fuit, non ideo Ecclesiasticum confundere, & ut unicuique Gregi Pastores attribuerentur, Conc. Trid. sess. 4. de reformatione, cap. 9. ea ratione, quia Opus non potest esse Naturae, ubi deficit Ordo & ratio, ut probat Aristoteles lib. 3. Physic. c. 1. eaque ratione cum ordinatè laboramus, comedimus, & bibimus, naturam visque nostras augemus & servamus, ut idem etiam tradit Arist. sic. 19. Problem. q. 38. Altam. tract. de vitis. vers. propriam Dioecesium, a num. 1. Manet ergo, ante hoc tempus, Cathedralis non potuisse reperiri, ea ratione ; nam si Episcopi in totum mundum universum gubernum, exercebant, donec divisa fuerunt Dioeceses, Parochiae, & Provinciae ; certum est, quod illos, quos unus excommunicabat, alius absolvet : ut notatur in c. Constitutus, c. Cum casum, de appellacionibus : ea ratione, quia Episcopus erat unus, & subditi non erant distincti donec fuerunt distinctae Dioeceses, Provinciae, & Parochiae ; ut notatur in c. Eccl. 13. q. 1. & late probat Abbas in q. 1. n. 9. vers. 2. prae mitto : Card. Tuf. lit. Econ. 3. n. 110. hucque reperit illud quod S. Gregorius lib. 9. epistol. 39. loquens de lite, quae Ant. 11. referit, quando dixerunt : quare intravit ad viros praepitum habentes : ait S. Doctor : & tandem idem Apostolorum primus non ex potestate, sed ex ratione respondit, casum per ordinem exposuit. De hoc vide Baro. Anno 41. n. 12. non quia Petrus non haberet potestatem, sed quia Tribunalia instituta non erant. Quomodo ergo Episcopi particulae Ecclesiae Cathedralis, ubi particulariter praesiderent, habere poterunt ; cum certum sit inter divisionem Episcopatum, & divisionem Ecclesiarum, perquam maximam adeste differentiam ; quandoquidem Episcopatus tempore Apostolorum divisi fuerunt, ut Lucius Papa testatur in c. 1. 80. dist. Ecclesiarum verò divisiones Dionysius Papa Epist. 2. ordinavit : c. Eccl. 13. q. 1. qui Anno 281. floruit, & 28. Pontifex creatus, ut testatur Illellas in eius vita, vel alio tempore, ut num. 132. & sequentibus dicemus.

118 Nec obstat, quod ubi aliquis fuerit destinatus Episcopus alicujus Civitatis, ibi Episcopus habeatur, & Cathedralis videatur erecta : Cum certum sit, non sufficere talem destinationem, nisi etiam Jura Pastoralia & Episcopalia suscipiat ; ut de Beato Petro, qui licet a Domino destinatus fuerit universalis Pastor Ecclesiae in vita ipsius, & ante mortem, quando ei dictum fuit : Pasci oves meas : Joan. ut. c. tamen Principatus a futuro dependebat actus, idest post Domini Resurrectionem : quia nondum Jura Episcopalia nec Pastoralia susceperat, nisi sanctam Domini Resurrectionem ; ut pluribus probat Cupers, s. Sequitur text. in verb. Petro, Art. 3. de tempore quo Petrus Pontificatus suscepit, n. 3. fol. 133. Unde licet in primitiva Ecclesia Episcopi destinati fuerint ad majores urbes, cum illarum Ecclesias cum iurisdictione non susceperint, quousque schismate interveniente illis praepositi fuerint, non potest dici tunc temporis Cathedralis fuisse in rerum natura : hucque respicit id quod Doctores assuunt in c. Cum Episcopus, de offic. Ord. in 6. ubi docent, erecto aliquo Episcopatu, collocari potest Ecclesiam Cathedrali, ubi voluerit Episcopus, vel Pontifex : de quo dicemus cap. 12. ex n. 18.

122 Insuper mirari non debet quispiam Episcopatum erectum esse, & Cathedrali non esse fundatum : quandoquidem in Romana universali Ecclesia hoc per plures annos eventifatis perspicue constat : cum Petrus Apostolorum Princeps antequam Romae federet, annis quatuor universalem Ecclesiam certis non firmatam Sedibus rexerit, ut ex Apostolorum gestis apparet : quandoque enim Ierosolymis, quandoque verò Antiochiae confestim legitur : ut bene observat Cupers s. sequitur text. d. art. 3. quomodo Dominus Cardinalis a D. Petro esse institutos intelligatur, n. 47. fol. 129.

123 Insuper & etiam hoc convincit, quod Apostoli, illis primis temporibus, in Ecclesiis Presbyteros relinquebant : ut constat ex Thoma Bozzio de signis Ecclesiae, signo 80. lib. 18. cap. 2. quod Petri Cathedra intulatur, ab ipso vers. Praeterea duo decem, ubi loquendo de Barnaba & Paulo Apostolis, & eorum praedicatione, ait : Multa cum Paulo itinera suscepit, & in omnibus Ecclesiis quae ab his fuerint constructae Presbyteri sunt ordinati : quod ad Apostolos sine Episcopis pertinet : Ecce quomodo non Cathedralis fundabatur, licet Episcopatus erigerent ; cum cura Ecclesiae, quae non est Cathedralis, Presbytero committitur, & ideo Cathedralis illis temporibus non erant in rerum natura.

124 Nec statim quod aliquis ex Apostolis praedicebat Evangelium, Episcopatum fundabat ; cum valde diversa sint, Evangelium praedicare, & Ecclesiam instituire : & ideo Beatus Petrus Antiochenam instituit Ecclesiam, quia ibi Sedit, in qua tamen alii prius praedicebant ; verum quia Petrus ibi sedit, fuit Episcopus Antiochenus : ut notavit Baro. Anno 39. n. 16.

125 Omnia autem, quae supra notavimus, ed tendunt, ut usque ad tempus schismatis probatum maneat, commune fuisse Episcoporum & Presbyterorum in Ecclesiis gubernium, & quod cum unus esset D. Petri Episcopatus per totum Orbem diffusus, ut latissime in d. tract. de univ. & peren. Cathedr. Caesar. aug. in Metropoli sancti Salvatoris, probavimus toto c. 1. cum pluribus seq. nec Episcopi ulli forent in possibile fuit eo tempore fuisse Cathedralis. Imò nec Episcopatum fuisse distinctio, donec sanctus Patriarcha Petrus Episcopatus divisit : ut probatur ex text. in c. 1. 80. dist. & notavimus d. tr. c. 1. n. 29. hinc est quod etiam post Episcopatum divisionem, tempore Apostolorum a S. Petro factam, Episcopi curam omnium Ecclesiarum exercebant, ut pluribus Barb. de potest. Paroch. c. 1. n. 18. & diximus in d. tr. c. 1. 6. n. 5. & tamen distinctio Dioecesium & Limitatio à Dionysio Papa fuit : ut pluribus probat Hier. de Monte de finibus regundis, c. 12. n. 4. cuius verba retulimus d. c. 1. n. 2. distinctio enim verò Provincialium sanctus Anacletus Papa adinvenit, statuit, & decrevit ; ut probant Petrus Greg. synag. lib. 1. 5. c. 2. n. 4. post medium, Cenedo Colloq. 104. ad Decretales, n. 5. & notavimus in nostro tract. c. 16. n. 164. vers. Una superioritate.

126 Sed cum hoc totum Episcopatum respicit, non verò Cathedrali Ecclesiam ipsius, opere pretium est ut de ipsi in specie, juxta temporum antiquitatem, mentionem faciamus. Quare superioritate Episcoporum inventa, Ecclesiarum non erat distinctio, sed in omnibus quae Episcopi praesidebant : ut ex Epist. Constant. quam refert Baro. Anno 324. n. 95. fol. 285. retulimus in nostro tr. d. c. 1. n. 8. Antiquius enim, hoc est ante divisionem Parochiarum, nec distinctio erat, nec proprius Pastor, sed Episcopi omnes dicebantur totius Dioecesis animarum curam habere, & omnes Decimas & alia bona percipiebant, & inter se & alios Clericos dispelabant ; ut omnes Clerici de manu Episcopi illas perciperent : c. 1. vers. Has vero Decimas, 16. q. 7. & citato Puteo & Gonz. docet Barb. de potest. Paroch. d. c. 1. n. 17. & seq. & ideo ab Episcopo majores vel minores portiones capiebant pro alimentis, secundum decretum Agapum, de quo sanctus Clemens Papa in conf. Apost. c. 2. apud Baro. Anno 57. n. 141. p. 539. ut notavimus in nostro sepè allegato Tract. p. 30. & hoc tempore unusquisque

plures habet intrinsecus S. Petri & Pauli, diversis locis constituta Ecclesias, ut omnibus notum est, sed ista nostra Metropolis in quodam medullio posita, quasi Caput membris supereminet: hæc tamquam expansis misericordiae brachiis omnem ambitum totius Diocesis & Provincia amplectitur, quandoquidem ex ea, Ecclesia illa venerabilis B. Marie del Pilar prodixit, missi ibi primo Priore Petro Raymundo de Rieca Canonico nostro Anno 1141. de quo videnda sunt que diximus in nostra tract. de uni. & per. Cath. in Metropoli S. Salvatoris cap. 6. numer. 56. & alibi, Turonensis Ecclesia à nostra dismembrata fuit à Gregorio XIII. summo Pontifice Anno 1577. ut notavit Carrillo post vitam S. Valerii in Catalogo Episcoporum Turonensium. Hæc item non solum ambitum suæ Provincia, sed & alienas expansis divina misericordiae brachiis amplectitur, quandoquidem Burgensem Ecclesiam, quæ à Gregorio Papa XIII. ad fastidium Metropolitana fuit ereccta, Philippo II. Clare memorati Hispaniarum Rege Catholico flagitante, ut ex Bulla erectionis appareret sub Dat. Romæ die 22. Octob. 1574. de quo videndus Egidius Gonzalez de Avila in Theatro Ecclesiarum Regnorum Castellæ & Legionis, 103. in Ecclesia Burgenfi, p. 5. ad efformandum Pamplonem, & Calaguritanam Dioceses, liberaliter largita est, quæ nostre Casaraugustanæ erant Provincia ab Anno 1318. quo à Joanne XXII. tempore Joannis II. Aragoniæ Regis fuit ereccta Metropolitana, ut post alios referet idem Capitulo post vitam S. Valerii in Catalogo Episcoporum Casaraugustanæ, pag. 257. Idem enim qui salvati appetunt in materno pietatis gremio confovet, & tuetur per Sacramentorum administrationem, quæ libera in nostro Capellano Majori, cujus Dignitas unita est Capitulo, absque eo quod Illustrissimus D. Archiepiscopus hoc prohibere possit, existentia sacra Rotæ coram D. Sarpiento, anno 1567. ut notavimus in d. tract. cap. 16. num. 164. & latius dicemus c. 21. de Parochia: quod nulli alii permittitur. E deinde ex ea Illustr. D. Archiepiscopus atque subnixus totam suæ Jurisdictionis Diocesis & Provinciam suam Sacramenti unitate media sua gubernatione confederat, ut unus Pastor merito, & a dicatur Ecclesia quodam modo, idest ex superioritate Capitis, & subiectionem membrorum.

170 Sed si aliquam hujus Capitis particulam in d. tract. Cath. Casaraug. perlegerit Lector, advertere oportet, cum hoc parerem opus, in lucem prodidisse Joan. Baptistam Lezadam Carmelitane familie gravissimum Theologum, qui relicta sua professione studios, ad probandam Cathedralitatem Ecclesie B. Marie del Pilar Casaraugustanæ se introduxit. Cui satisfacere opere pretium duxit nostra Metropolis, de cujus mandato Tract. ille nosster contra Lezadam prodixit. Unde mirum non est, si ad probandam impossibilitatem adversæ Cathedralitatis aliqua ibi scripta fuerunt, que hujus Capitis materiam concernunt; que omnia notata volui, ne ultro me aliqua repetere cœderet.

Jamque liquet plurimos fuisse deceptos ex doctrina superioris Capitis: existimantes antiquitatem Ecclesiarum Cathedralium ex fundatione Episcopatus sumendam esse. Et vidi, & expertus sum, nullam distinctionem facientes de uno ac de alio, quasi idem faciendum esse judicium de viro & uxore cœderiderunt, qui cum duo sint in carne una, antiquitate sui canitiam viri, idest Episcopatus, ad uxorem protrahunt, idest ad Cathedralem Ecclesiam, cum tamè prius fuisse virum efformatum à Deo Adam Gen. 1. quàm Eua, eodem Capite expressè probetur, dum dixit: Non est bonum hominem esse solum, faciamus & adiutorium simile sibi. Et cum ex ortu seu nativitate viri ætas uxoris non bene probetur, prius erit ut sicut vir & uxor in lucem hujus mundi prodeunt, aluntur, nutriuntur, crescunt, quoad usque pubescere ætate Matrimonio conjunguntur; ita Episcopi nati eo modo quo diximus superiori Capite, Ecclesieque plantata, quod idem ac formata ab ejus Sponso Christo, alii ambo & nutriti creverunt, & Cathedralibus institutis, convenienti tempore Matrimonio hoc spirituale contrafactum fuit: prius enim, Sponsa ista, quæ Soror tunc temporis appellabatur, parvula erat, nec ubera habebat, ut dicitur Cant. 3. quousque natis uberibus pubescere ætate Sponsæ dedit, ibi: dabo tibi verba

173 mea: cap. 7. v. 13. Per quam traditionem maritalis conjunctio

ad liberos procreandos accipiunt facit Interpretes, Justus Vigelius, & Cassiodorus, ibi: quos sequitur novissimè Rojas in Cant. cap. 7. v. 13. nota 45. Et cum ad æqualitatem in Matrimonio conservandam, per quam felicem exitum conjunctionis consequuntur Sponsi, ætas viri gradum expectanda sit, merito cum Ecclesia pubescere cœpit, hoc est natis uberibus, pace per Baptismum Constantini consecuta, rebuque Ecclesie compositis, uxores Episcoporum spirituali desponsatione cum suis Cathedralibus factæ sunt Ecclesie.

Qua ratione existimo, omnes, qui eandem originem, & principium idem Cathedralibus ac Episcopatibus tribuunt, & errasse, cum hos à Christo Domino originem traxisse satis superque c. præced. probatum sit; illas verò cum jurisdictione super cæteras esse, quod est Constitutum Cathedralitatis, jure humano fuerit inventum; ut probavimus. Quare ad hujus questionis explicationem, & veram propositionem materie enodationem, in memoriam reducere oportet verba D. Hieronymi in c. 1. Danieli, relata in c. Qui de mensa, 37. dist. ita scribentis: Qui de mensa Regis & de vino potus eius nolunt comedere ne pollutantur, utique si ipsam sapientiam atque doctrinam Babyloniæ scirent esse peccatum, nunquam acquirerent discere quod non licebat: discunt autem non ut sequantur, sed ut judicent, atque convincant: Quomodo si quisquam adversus Mathematicos velit scribere imperitum Mathematicis, ipsi pateat, & adversus Philosophos disputans, si ignoret dogmata Philosophorum: Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldeorum, quæ & Moyses omnem sapientiam Ægyptiorum didicerat. Ideo enim communiter in hoc casu erratum fuit, quia Canitiam Cathedralium ab antiquitate Episcoporum deducunt, scientiam Mathematicæ hujus, idest principium hujus rei non perquirentes. Unde à nobis tota hujus Capitis series conquisita fuit, ut in posterum melius felicique lites, & ambages, quæ in hoc puncto oriri possunt, judicentur.

Verum supradictis foriter obstat Sancti Euaristi Papæ Epistola 2. de Episcopis electis ad Episcopos Gallie, quæ ita ait: ipse enim, id est Christus, est Sponsus, & Ecclesia Sponsa, cuius filij nos sumus, & ideo unum Patrem habemus Deum in Cælestis accedentes vero vice Christi Legatione funguntur in Ecclesia: & sicut ei communia est Sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopi coniunguntur Ecclesie, unicuique proportionem suam: & sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere, & in se custodire, & amare, atque prudenter regere, sic Episcopus, & multo magis custodire & amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam: & velut uxor, quæ sub manu est viri, obedire debet ei, ut viro suo, eumque diligere, & amare ut animam suam debet, quia illud sit carnaliter, hoc spiritualiter, quibus addè Diana resol. Mor. p. 12. tr. 1. de cons. Episc. resol. 51. ubi notat Euaristum floruisse Anno 113. liquet ergo ex supradictis hoc tẽpore jam Episcopos habuisse Ecclesias Sponsas: ergo hæc fuerunt Cathedralibus: perperâ igitur ante Constantini Baptismum nullibi reperiri affirmavimus.

Sed his non obstantibus, semper in nostra permanemus sententia, ex eodem loco pro contraria parte adducto: nam si bene ejus verba expendantur, nequaquam de Ecclesia particulari Cathedrali loquuntur, sed de omnibus totius Episcopatus in communi, quibus præfidebant, facta comparatione Christi Domini, qui Sponsus est; Ecclesia verò Catholica Sponsa: unde deducit, quod siquis Ecclesia est Sponsa Christi, sic Episcopi conjunguntur Ecclesie, unicuique proportionem servata: Ergo sicut Christus Dominus Sponsus est Ecclesie Universalis, ita Episcopi Sponsi sunt, proportionem servata Ecclesiarum totius Diocesis, nõ alicuius particularis, donec Cathedralibus adinvenit fuerint proportionem servatam: quæ interpretatione admissa, quæ clarissima est, plura Iura intelliguntur, & nosster manet assumptus probatus.

Et tandè, ne alicui gravare & difficile nimis videatur credere quod sancti Apostoli Cathedralibus non fundarunt in Civitatibus, ubi Episcopi relinquebant, attendat quæso, morè nõ solè fuisse antiquo, verum etiã omnibus temporibus observatum: quandoquidem constat ante erecctum Episcopatum à Romano Pontifice, prius nominatum esse Episcopum, ad quem Ecclesie Cathedralis ereccte, Capituliq. Dignitatum & Canonicorum efformatio delegerunt videre est per ea, quæ lato calamo in omnibus Indiari Ecclesiis eruditè tradidit Sorlozano de Indiari. lre, tom. 2. lib. 3. c. 5. n. 64. & in politica

Indiana, lib. 2. tit. 4. c. 5. per totum, præcipue in vers. ultimamente, & videnda sunt que diximus d. c. 1. n. 8. & c. 2. latius in d. tract. unica Cathed. Casar. & que dicemus c. 11. de abbas, quæ suboritur solent post nova Cathed. erecct. Quorum exemplum propriissimum est inflatum, quandoquidem hæc erecctiones sunt post conversionem ad fidem, sicut fiebant tempore Apostolorum; quo casu ereccto Episcopatu, Cathedralis ereccta non erat: Quibus addendum est, Cathedralibus in Civitatibus esse collocandas: ut latè dicemus c. 4. & Episcopos à tempore Apostolorum ibi fuisse positos: ut ibi etiam num. 79. probavimus; sed urbes fuerunt antiquiores Episcopis, ex ibi adductis in principio; Ergo sicut non recta sit argumentatio de antiquitate & fundatione urbium ad antiquitatem Episcopatus; ita neque ex fundatione Episcopatus, & ejus antiquitate, ad fundationem & antiquitatem Cathedralium rectè fiet deductio.

179 Ea autem omnia mirificè confirmantur ex eo: nam si Divus Petrus Prælatorum Gradus insituit, ut probatur ex text. in cap. In novo, 21. dist. junctis his que c. 1. num. 34. notata reliquimus, & probat latè Busfatus consil. 126. & Patriarcharum origo ab Apostolis traditur, juxta ibi à nobis notata ex num. 60. cum sequentibus, probato, quod Sedes Cathedralis Patriarcharum multo post fuerint adinventæ, probatum manebit assumptum cæteratum Cathedralium. At de hoc extat textus expressus, qui cavillari non potest, in extravag. sacrosancta Romana Ecclesia, de elect. inter Communes: qui est Benedicti XI. etia scribit, Sacrosancta Romana Ecclesia, quæ disponente Domino, super omnes alias ordinaria potestatis obtinet principatum à Deo, utpote Mater universorum Christi fidelium, & Magistræ, quatuor Patriarchales Sedes insituit, inter quas post ipsam Romanam Ecclesiam, Constantinopolitanam primam, Alexandrinam secundam, Antiochenam tertiam, & Ierosolymitanam quartam locum voluit obtinere, ipsasque multis prærogativis & honoribus ac privilegiis decoravit &c. Si ergo sanctus Petrus Patriarchas insituit, & Patriarchales Sedes à Sede Apostolica fuerint insitute, ad quid differentia ponitur & explicatur à Benedicto de Sedium erecctione, & privilegiis à Sede Apostolica post erecctionem concessis; nisi ut clarè denotaret, Sanctum Petrum differentiam Episcoporum ordinalem, ut d. c. 1. notavimus: Sedes verò eorum five Patriarchales, five Metropolitanas, five Cathedralis multo post fuisse adinventas à Sede Apostolica, quæ eas erexit, privilegiisque variis decorasse noscitur; de quarum privilegiis agitur in c. Annuq. 23. de privileg. cujus auctor fuit Innocentius III. & illud desumptum ex Concilio 3. Lateranensi, c. 5. ut refertur ab Antonio Augustino Collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 42. c. 6. unde si dicamus Cathedralibus ortum habuisse ab Apostolis, quoad dispositionem Ecclesie postea successit temporis, rebus compositis, eo modo quo institutionem Canonicorum ab Apostolorum capu ortum ducere, & Cardinalium Collegium respectu Capiti, ex eorum munere quod exercet tam Cardinalis respectu Pape, quàm Canonici respectu Episcopi, ex his que notavit Rodolphus Cupers in repet. rex. in Can. Oportebat, 79. dist. pag. 26. præcipue n. 21. & seq. rectè loquuntur: si verò dicamus Cathedralibus Ecclesiis natas esse eodem tempore cum Episcopis, neuriquam probabitur: & hæc de causa Titulus primi Capitis à nobis positus est de institutione & origine Ecclesiarum Cathedralium insitit nascentis Ecclesie genitorum: quibus adiungi debet Busfati satis eruditum consil. 126. num. 5. docentis B. Petrum ejusque sanctissimos Successores, Episcopos elegisse; erecctis tamque Cathedralibus mutaram fuisse electionem Episcoporum, ita ut quandoque assensu totius Clerici ipsius Ecclesie, cui præfidebantur, electiones fiebant. Unde cum ipse divisionem Ecclesiarum à Dionysio Papa factam inferius, n. 30. enarret, necessario canitiam Episcoporum, & antiquiorem statum Cathedralium Ecclesiarum agnoscat.

183 Nec omitti potest elegans & singularis decisio Calaritanæ Primatus, generis 27. Novemb. 1637. coram Motmano impressa à Rebus in suis Recens. p. 7. decis. 251. ubi cum de Primatu Sardinie Infulæ altericaretur inter Archiepiscopos Calaritanum, & Turritanum; in primis n. 6. firmat auctoritate Cardinalis Baronii Annalium tom. 1. p. 343. editionis Vaticanæ, quod anno à Christi nativitate 46. S. Petrus post stabilitam Romæ Sedem, Discipulis, quos sibi adjuverat ad disseminandum Christi Evangelium, ad cæteras Orbis Occidentalis partes ablegavit: id est ut dicitur in c. Quis nesciat, 11. dist. ad omnem Italiam & Galliam, Hispaniam, & Africam, Insulasque interiacentes. Ex quibus cum initium Episcopatus & Sedes in singulis deducit, postea n. 13. deducit etiam antiquitatem Calaritanam à S. Clemente Primo ejusdem civitatis Episcopo, per hæc verba: Quia dicitur in Sanctorum missio non excludit Sedes Calaguritanæ initium à S. Clemente deductum. Ex quibus manifestam distinctionem Episcopatus, & Cathedralis, admittit opus est; ut tandem probat n. 30. dum obiectis contrariis satisfaciens, postquam Turritanæ canitiam majorem ostendebat, ex eo quod Pausanias Episcopatus & Sedes in unum, cui Anno 300. præerat S. Simplicius, qui jure Metropolitanico ad Turritanum spectat, cum tamen in Concilio Arelar. primo, Anno 314. primò de Calaritano fit facta mentio, per hæc verba respondet. Quoniam quidvis sit de antiquitate Episcopatus Pausanias, ab eo non potest rectè inferri antiquitatem Sedis Turritanæ, ex iure Metropolitanico, nisi simul doceatur, quod huiusmodi in eadem Ecclesia Turritanæ fuerit concessum, quo tempore S. Simplicius Episcopum coronam Martyrii accepit. Ex quibus liquet Ecclesias Cathedralis moderniores fuisse, & multo post Episcopatus, unde originem trahunt: non tamen rectam deduci argumentationem ab Episcopatus erecctione ad Ecclesiam Cathedralem eo tempore erecctam, ante divisionem Ecclesiarum; licet largo modo loquenti tam Sacre Rotæ decisiones, quàm varii Auctores hoc verbo Sedis trantur.

Hæc tunc, quæ nemine duce excogitare potui secundum Regulas Iuris. Quare si quæstionem hæc apud aliquem inveniet Lector, non ideo reprehensionem dignus sum.

CAPUT III.

Quis Cathedralis Ecclesias seu Episcopatus erigere possit.

S V M M A R I V M.

- Cathedralium erecctio est de Reservatis Pape, 1. 23.
- Metropolitanarum erecctio fuit sublimitio Cathedralis, est de Reservatis Pape, 2. 23. 63.
- Cathedralis dismembratio, ex qua dua vel plures sunt, est de Reservatis Pape, 3.
- Reservata Pape, quæ sint: remissivè, 4.
- Diviso Episcopatum quando facta fuit in Hispania tempore Vamba, 5.
- Ecclesia Casaraugustana quo tempore, & à quo Metropolitanico honore fuerit insignita, 6.
- Totus orbis Episcopatus & dismembrationes, 7.
- Episcopatus unius solus est Pape, 8.
- Item & novæ Dignitates erigere, 9.
- Semper solus Pape id fecit, 10.
- Episcopus quæ beneficia possit unire, & quomodo, 11.
- Archiepiscopus onera suorum Suffraganeorum in eorum Ecclesiis commutare potest, 12.
- Intellige de accidentalibus, non de substantialibus, 13.
- Reges & Principes plures Cathedralis fundasse, quo pacto est intelligendum, 14.
- Patrons non potest fundare Ecclesiam, 15.
- Tex. in c. Cum inferior, de major. & obed. interpretatur, 16.
- Archiepiscopus de licentia Pape erigere potest Cathedralis, 17.
- Papa potestas non est limitanda in erecctione Cathedralium, 18.
- Melius est probare plusquam necesse est, quàm minus quod negotio debetur, 19.
- Episcopus, solus Pape creat, 20.
- Cathedralis dici non potest in qua non est Episcopus, 21.
- Mandatum totus est Parochia Pape, 22. & seq.
- Inferiores jurisdictionem habent subalternatè ad Papam, 23.